Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ipse mandauit ⁊ creata sunt. Dis
dissipat consilia gentium: reprobat
autem cogitationes populorum ⁊ repro
bat consilia principum. Consilium
autem domini in eternum manet: co
gitationes cordis eius in generatione et
generationem. Beata gens cui
est dominus deus eius: populus quem elegit
in hereditatem sibi. De celo re
spexit dominus: ⁊ vidit omnes filios
hominum. De preparato habitaculo su
o: respexit super omnes qui habitant
terram. Qui finxit sigillatim cor
da eorum: qui intelligit omnia opera
eorum. Non saluatur rex per multi
tudinem virtutis: ⁊ gigas non saluabi
tur in multitudine virtutis sue. Fal
lax equus ad salutem: ⁊ in abundan
tia autem virtutis sue non saluabi
tur. Ecce oculi domini super timentes
eum: ⁊ in eis qui sperant super misericordia
eius. Ut eruat a morte animas
eorum: ⁊ alat eos in fame. Anima
nostra sustinet dominum: quoniam adiutor ⁊
protector nostrum est. Quia in eo letabitur
cor nostrum: ⁊ in nomine sancto eius speraui
mus. Fiat misericordia tua domine super nos:
quemadmodum speramus in te.
Benedicam domino in omni tempore.
Semper laus eius in ore meo.
In domino laudabitur anima mea: au
diant mansueti ⁊ letentur. Magnifi
cate dominum mecum: ⁊ exaltemus
nomen eius in idipsum. Exquisui
dominum ⁊ exaudiuit me: ⁊ ex omnibus
tribulationibus meis eripuit me. Ac
cedite ad eum ⁊ illuminamini: et
facies vestre non confundentur. Iste
pauper clamauit ⁊ dominus exaudiuit
eum: ⁊ ex omnibus tribulationibus
eius saluauit eum. Immittit an
gelus domini in circuitu timentium
eum: ⁊ eripiet eos. Gustate
⁊ videte quoniam suauis est dominus: beatus
vir qui sperat in eo. Timete dominum
omnes sancti eius: quoniam non est inopia
timentibus eum. Diuites eguerunt
⁊ esurierunt: inquirentes autem
dominum non minuentur omni bono.
Venite filii audite me: timorem
domini docebo vos. Quis est ho
mo qui vult vitam: diligit dies videre
bonos. Prohibe linguam tuam
a malo: ⁊ labia tua ne loquantur do
lum. Declina a malo ⁊ fac bo
num: inquire pacem ⁊ persequere eam.
Oculi domini super iustos: ⁊ aures eius
in preces eorum. Vultus autem domini super
facientes mala: vt perdat de terra
memoriam eorum. Clamauerunt
iusti ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex omni
bus tribulationibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dominus his qui tribulato sunt
corde: ⁊ humiles spiritu saluabit. Multe
tribulationes iustorum: ⁊ de his omni
bus liberauit eos dominus. Custodit dominus
omnia ossa eorum: vnum ex his
non conteretur. Mors peccatorum
pessima: ⁊ qui oderunt iustum delin
quent. Redimet dominus animas
seruorum suorum: ⁊ non delinquet omnes
qui sperant in eo. Gloria. Rectores de
cet collaudatio. Ps. Expugna. Ps. dd.
Iudica domine nocentes me:
expugna impugnantes me.
Apprehende arma ⁊ scutum: ⁊
exurge in adiutorium mihi. Effu
de framea ⁊ conclude aduersus
eos qui persequuntur me: dic anime
mee salus tua ego sum. Confun
dantur ⁊ reuercantur: querentes ani
mam meam. Auertantur retro: